

1210, agost, 3

*L'abadessa de Sant Daniel, Agnès, firma a Torroella i al seu marit Ramon Martí una penyora que el sogre d'ells, Bernat de Ripoll, tenia a Vilablareix, a cens de tres quarteres de blat.*

ASD núm: 75, perg. orig., 97 x 98 mm. Còpia: Llibre 22, núm. 34, p. 78.

Sit notum cunctis quod ego Agnes, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa cum uoluntate tocuis nostri conuentus laudo et concedo tibi Turruele uiroque tuo Raimundo Martini et uestris in perpetuo illud integre pignus quod Bernardus de Ripullo socer tuus tenebat pro monasterio nostro Sancti Danielis in parrochia Sancti Menne de Uilabl<ar>esis in manso de Sacraria, et sicut ille melius habebat et tenebat, ita uobis iamdictis secure et quiete laudo et concedo, saluo iure Sancti Danielis uidelicet .III. quarterias de tritico uel de fabarum de unoquoque anno pro censu ad directa mensura, ac propter hanc laudationem accipio a uobis .IIII. solidos.

Actum est hoc .m. nonas augusti anno Christi Incarnatione .MCCX.

Sig+num Saurine de Curzauels. Sig+num Berengarie Riddeperarum. Sig+num Stefanie.

(s. man.) Guilielmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quod supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 184